






Ad censuram Gedansium de singu-
lis concepti privilegij Anglicani arti-
culis responsio. 

1. Libera quidem iure gentium omnibus in locis et portibus sunt comer-
cia nisi legitime prohiberi possint. Verum quia Angli uarijs quibusdam dif-
ficultatibus aliquando se pie ceteris alicubi pressos meminerunt, causa illis
et occasio data fuit, sibi rectius consulendi. Itaq; ut publica ueluti fide tuto, libere
et secure in hoc Regnu uenire, ibidem comorari, mercari et redire possint, hoc
articulo ueluti publicis quibusdam fidei litteris providendu sibi existimarunt.
Quod uero ad allegatam negociandi cum exteris consuetudinem attinet,
de ea priori scripto nostro respondimus. 

2. Volunt sane pacta perpetua, ut liberum sit cuiq; in quem uelit locu seu por-
tu secure appellere, nec arcent quemqua. Veru nec iura Terraru publica nec pac-
ta prohibent, quo minus quis et fortunaru suaru domiciliu, in quo uisu sit illi
loco, consistuat. Itaq; et in arbitrio Serenissime Regine Angliae et sub-
ditorum illius positum est, in quo uelint loco negocia sua exercere. Sed cu
certis de causis Elbingam delegerit, in qua subditos suos quadam societate
legitime consistare contineri cupiat, nemo hoc illi uitio dabit. Neq; id adeo no-
uum et in usitatum est, cum hoc ipsis etiam in alijs Regnis ac regionibus
ultra concedatur, et quidem amicitiae ei, quam Serma Regina Angliae
cum Reg. Mte. colit, plane conueniens sit. 

3. Merce facultatis est, ad eas et areas suas, quibus libeat, precio elocare. 

4. Hoc articulo Angli ratione confederationis in Regno Polonia constituta
Religionis suae exercitium sibi reseruati petunt. 

5. Vult Serma Regina Angliae subditos suos ut in alijs Regnis et prouincijs, sic et
in his terris certo quodam corpore siue societate legitima consistare, et profecto
atq; absistentib; eis, tum ut in officio facili; contineatur, tum ut fides in contra,
illis recte obseruetur. Itaq; cum mercatoru collegia ut alia sint licita, ac soci-
etatis magistro siue seniore carere nequeat, hoc quoq; illis negari non potest,
quod quidem etiam olim obseruatum esse constat. Quapropter nihil Reg. Meas.
alienu fecerit, si hoc ipsum illis concesserit, nec est, quod propterea monopolij

et restricti commerciorum usus insimulantur, cum non solum ipsis sed et alijs pa-
riter usus eorundem commerciorum tam in Regno Angliæ quam in Terris Prussia
concedatur. Et quidem collegia eiusmodi fraudes ac circumuersiones, quæ in con-
tractibus committuntur, prohibere facibus possunt. *¶*

6. Permissum est iure licitis collegijs, ut in contractibus et rebus ad illa pertinentibus
Præfectus cum adiunctis aliquam notionem habeat, atque in iniurijs leuioribus co-
ercitionem aliquam. Id cum è re sit, neque iurisdictioni uel tranquillitati publi-
cæ officiat, in reprehensionem cadere non potest. *¶*

7. Quum collegia licita super rebus ad professionem et societatem suam priuatim per-
tinentibus constitutiones aliquas facere possint, iure uetitum non est, modo ac
iurisdictioni Magistratus non derogent; ideoque ne hoc quidem Anglis de soci-
etate negari potest. Veruntamen cautum est, ne quas inter se constitutiones pra-
sertim de commercijs publicis faciant, nisi Magistratu consensu et consentiente, qui
pro sua prudentia prouidebit, nequid pro affectu et libitu suo eiusmodi sta-
tuant, quod uel ciuibus ac ciuitati uel alijs quibuscumque præiudicio damnosè alli-
esse possint. Ideoque ut in alijs quibusdam sic et in hoc articulo præter meritum
monopolij insimulantur. *¶*

8. Scitis et in hoc articulo tum Sae. Reg. Alti. tum ciuitati atque Magistratui pro-
uisum esse existimamus, ut ne quid, dum priuatim rerum et negotiationum suarum
causa conueniant Angli, in præiudicium cuiusque agant. Idcirco tam sollicita
Gedaniensium cura non erat opus, cum non ignorat, etiam Opificum collegijs id non negari.

9. Quemadmodum sexto articulo ostenditur, iurisdictionem deputato siue Præfec-
to societatis cum assistentibus competere in solos Anglos, de contractibus inter te contro-
uertentes, ita hic locum habet eo casu, quo cum Anglo agit extraneus, qui quidem præter
ordinarium loci iudicem etiam uoluntaria iurisdictionem relinquit, ut si malit, coram
Deputato et assistentibus eius, Anglum conuenire possit. Quodcum iure cuique liceat,
non est, quod quisque propterea ordinariam Magistratus iurisdictionem labefactare existimet.

10. Quia creditor nulli alia re magis quam solutione consulitur, idcirco conuenit, ut
debitoris conditio ad Deputatum deferatur, si forte is aliquam solutionis rationem in-
uenire, et grauiora auertere possit, sine minus, magistratus officio suo fungitur.
Quare inque in hoc ut et in alijs articulis perstringuntur, quod Magistratum
sibi subicere studeant. *¶*

11. Non est alienū, ea etiā, quæ iure cōmuni sancita sunt, certis casibꝯ am-
biguitatis uitandæ causā in mutuis conuentionibus repeti. *N. N.*

12. Iniuriā Anglis in hoc etiā articulo fieri certū est, cōuenit etiā et cautū est, ne
ordinariæ iurisdictioni se ullo modo subtrahere possint, ac ut uelint, in
sua iudici relinquuntur partes.

13. 14. 15. Tametsi sūma æquitate hi etiā articuli nituntur, tamē non notam effu-
gere non possunt. Nā in quidē omni p̄ocrastinatione semotam debitū liqui-
dis expedita iusticiæ administratio breuissimo temporis spacio definitur. In
14. uerō, ut mutua delinquentiū cōercitio sit, s̄citur. In 15. aut res furto ra-
pinaue ablatae, apud quēcūq; reperia fuerint, legitimo Dno iudicantur. *N.*

16. Notionē quidē Deputato in Anglos suos in ciuilibus causis et cōercitionē et in aliqua
in præfractos et inorigeros à Senatu cōcedi, modò de indemnitate iniuste detenti-
onis caueat, à iure nō alienū est. Verū quod imperiū propterea illi aliquod, siue ipsi
animaduertēdi in facinorosos attribui dicitur, id uerō lōge ab eo est alienissimū *N.*

17. 18. 19. 20. In his articulis cōiactim fere de libertate cōmerciōꝝ alijs Elbingæ cōmunicāda
p̄cipue agit, quam necepsit primū Ciuitatis, prope iā omibꝯ cōmercijs desti-
tuta, deinde Regia authorit̄ et publicæ cōmunisq; utilitatis ratio suasit. Nā de
iure et libertatibꝯ suis aliquid alijs certa ratione Elbingeses cōcedere, et Ciuitatis
cōditionē meliōrē reddere maluerunt, quā sine eorū cōmunicatione omniū fere
hominū cōmerciō et negociationibꝯ destitui. Quā in re eū alijs libertates
suas saluas relinquunt, nemini faciunt iniuriā. *N. N.*

21. 22. Conuenit cū Anglis, atq; hoc ipsis propositū etiā est, ut res et merces
suas Elbingæ cōparatas recta exportent. Quod si uero aut necepsitate
aut tempore excludat̄, ne mercium emptarū iacturā faciant, reuendēdi eis
remedio cōsultū est, sic tamē, ut in greslo modò merces eas reuendāt, neq;
etiā pannos suos minutatim destrahant, nisi preciosiores quosdam, quibꝯ
integris emendis nō cuiq; ratio atq; facultas suppelit. Quare emptoribus
magis quam ipsis consulitur. *N.*

23. Æquitatis est, ut in colarꝯ opera extraneis præforantur, et precium iustum
constituatur, in utro eorum, quorū usui deseruire debent, consensu. *N.*

24. Prestaret Gedaniēses tam ceteris omibꝯ quā in hoc articulo se æquos præbuisse. *N.*

25. Cōcedit̄ Anglis, ut operarios, quibꝯ uti uelint, sibi indigenas deligāt, rerū
ut fidem illoꝝ tāto meliō sequat̄ et probatiōrē habeat, cōuenit, ut in
præsentia Deputati iuramentā magistratui præstent, ut de precio cū illis certo
agatur, de pōderibꝯ uerō et mēsurā nihil eo articulo agit. Necepsē enim est,
quēcūq; receptis et iustis eiꝯ loci pōderibꝯ et mēsuris acquiescere. *N.*

26. Cauerūt iuri suo municipalī Elbingētes in testamētis ab Anglis condendis, nequid praeiudicij offeratur.
27. Cōsulto magistratū Elbingēsis rerū à defunctis Anglis relictarū curā et custodiam Deputato et assistētibz eius cōmittit, sic ut fructuario ex iuris forma confecto bona de, functi heredibz non tradatū prius, quā Creditoribz, si qui sūt, integra solutio fiat. ~
28. Consuetū est, nequis iure Ciuitatis donetur, nisi qui testimoniu natiuitatis legitima et honestae uitae afferat. Quod si igitur quisq; societati renuncians in numerum Ciuium recipi uelit, non uident, cuius testimonio rectius iuari possint, quam ipsius Societatis Praefecti. ~
29. Non est hic articulus alienū uel à iure uel à constitutionibz harū Terrarū, ut si cui peregrino non ciui fundū siue domus aliqua ex debitis pignori siue hypothe, ca loco data sit, et solutionis faciendae causa distrahi debeat, ea non alijs quam Ciuibz diuendatur. ~
30. Nulla re magis quā libertatibus negociātes aduena alluci solent, itaq; ut et Angli faciliū retineri, et sedes negotiationū eorūdem firmis figi possent, beneficio hoc deuincedi erāt. Quotamē illi, qui Ciuium more hospitia alijs praebent gau, dere nō possunt, sed unā cum Ciuibz paria onera ferunt. ~
31. Liberum intercursum mutuū (et siquid sit aliud eiusmodi) Elbingensibz in Anglia promissum, quem rariorem uel nullum Gedanēses ominātur, diuino et regalibz beneficijs se obtentures cōfidunt Elbingēses. Ac siquid ab alijs etiam eiusmodi impetrari posset, per ipsos facile licet.
32. Nihil sibi imperij Societas in Anglos perfides et a priori fide desciscentes sumit, sed tantum societate ea exclusos uult. ~
- Negant omnino Elbingētes, capita supra scripta iuribz, libertatibz, et cōsue, tudinibz Terrarū Prussiae repugnare, sed iisdem et iuri et aequitati maximē cōuenie, affirmāt. Itaq; si quid dubietatis forte in ijs aliquando emerit, in priuilegium, quod firmum et perpetuū esse debet, qua ratione labefactetur, interpretatio ei, us ad normam aequitatis et iuris Scripti iustissimē reuocatur. ~

Diss. Cel. M. D. Vris.

Addicissimi

Deputati Regiae Ciui, tatis Elbingensis.